Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Rs. In aduentu domini ad Romanos.
Scientes quia hora e iam nos de somno surgere. Nunc enim propior e nostra salus quam cum credidimus. Nox processit dies autem appinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicitiis non in contencione et emulacione. Sed induimini dominum ihm xm.
Al. tempe. Cum appinquassent ihs Secdm Matthm
hierosolimis et uenissent bethfage ad montem oliueti tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos e et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Soluite et adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dominus opus hat et continuo dimittet eos. Hoc autem totum factum e ut impletur quod dictum e per ysaiam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens sup asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut preceptum illis ihs. Et adduxerunt asinam et pullum cum ea et imposuerunt sup eos uestimenta sua et eum desup sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii autem ramos de arboribus cedebant et sternebant in uia. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine domini. feria vj. l. bti Jacobi apli.
Omne. Loquere que decet sanam doctrinam. Senes ut sobrii sint pudici prudentes sani in fide in dilectione in patientia. anus similiter in habitu sancto non criminatrices non uino multo seruientes. bni docentes. ut prudentia docent adolescentulas. ut uiros suos ament. filios diligant